

De modo docendi

David illud periodicum titulo "The Economist" legere solebat in quo non solum textus de rebus economicis et politicis sed etiam themata ad societatem pertinentia tractabantur. Aliquando illud periodicum legens me magna voca appellavit: *ecce, illud textus photographemate tabulae est illustratus quae symbolis mathematicis est coperta*. Diligenter illa symbola inspiciens ea a mathematico quoddam scripta esse constituit qui in theoria numerorum operam dederat: multas formulas et imagines ibi invenit quibus nos etiam in investigationibus nostris saepe usi sumus.

Curiosa illam paginem periodici perscrutans statim id photographema ex pagina retiali mea exceptum esse recognovi: me discipula Cantabrigiae tabulam in scriptorio meo tantum raro purgavi, pro eo novas formulas adiunxi usque ea tabula ubique formulis, symbolis imaginibusque erat coperta impenetrabili silvae tropicae similis quare difficultates mathematicae mea sententia optime demonstrabantur.

Obstupefacta illum textum legi qui photographemate meo illustrabatur: auctor vehemens in illum modum docendi invectus est quem 'obsoletum esse' declaravit: pro cretula et tabula quae ex temporibus praeteritis erant relictas professoribus nostra aetate usum computatoriorum esse necesse sine quibus nullus magister studium discipulorum suscitare posset. Itane? Irascens iterum illud photographema inspexi: pars tabulae figura picta est detersa ad illud praeceptum illustrandum ut usus tabularum esset abolendus.

Ira ardens mecum volutavi quid mihi faciendum esset. Certe, textum de utilitate illius modi 'obsoleti' docendi libenter photographemate meo illustrari sivilsem, sed ille usus photographematis mei mihi iniuria maxima est visus. Denique epistulam ad editorem illius periodici scripsi in qua illud photographema ex pagina retiali mea me nesciente exceptum et ad illum textum illustrandum usurpatum esse explicavi. Pro sua parte editor epistulam meam quam titulo meo signaveram ut verba mea pressissem ad illum creatorem illustrationis misit. Ille illustrator post paucos dies respondit et errorem suum statim admisit: se illud photographema alicubi in rete invenisse quo permissione carentem ad illum textum illustrandum usum esse. Ad illum errorem evellendum mihi non solum illam mercedem obtulit quam a periodico pro munere suo acceperat sed etiam mihi permisit ut ex illis picturis quas ipse confecerat et magno pretio vendere solebat unam eligerem. Ea pictura quam elegi, operibus illius Paul Klee similis, nunc domicilium nostrum ornatur.

Briefing Reforming education

